IOHANNES CHRYSOSTOMUS
Österreich, Ende 12. Jh.
Seite 064
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Nec transitorie istum pretereamus latronem. neque erubescamus accipe
magistrum quem non erubuit dominus noster primum introducere in paradisum.
nec pudeat eum magistrum qui celestem conuersationem meruit an
te omnes. Sed diligenter singula requiramus. ut crucis uirtutem inueni
amus. Non dixit ad eum sicut ad petrum. uenite sequere me. et faciam te
piscatorem hominum. nec dixit ad eum sicut ad xii. quia sedebitis super
xii. sedes. iudicantes. xii tribus israel. immo nec uerbum digni ex
istimauit. nichil admirationis ostendit. in mortuos suscitauit
demones in effugauit. in mare pstrauit. nullum ei de celesti regno
sermonem. nichil de gehenna locutus est. et ante omnes eum impium esse
fecit. et hec dicebat alio latrone aduersum eum plura dicente. et
sepe insultante. Nam ex parte altera latro crucifixus erat ut
illud impleatur. et cum iniquis reputatus est. Nam iudei eum famam
glamque eum infamare cupiebant. et ex omni parte cupiebant. et im
uersa temptabat puer tere. fundique ueritas pfulgebat. et his
aduersantibus augebatur. Insultabat quidem ei alter latro. Iudicastis latronem et
latronem. utique pendet in cruce. utique furacis uite. similis utrisque
conuisatio. et in utroque una mens. nec meo sensu utique pdurat
nec meis similis donatur euentus. et unum beatitudine celi heredita
rio iure pmeruit. alter ad gehennam mittebatur et penam. sicut
hesterno die discipuli et discipulus iudas et undecim. et illi quidem
dicebant ubi uis parem tibi manducare pascha. iste autem pditionis
stimulabatur ardore ardore et dicebat Quid uultis mihi dare. et ego
uobis eum tradam. Illi ad diuumque mysteriique sese officia ipsa
rabant. iste pditionis meditabatur officium. sicut et hic latro unus
insultat alter adorat atque uenerat. unum blasphemat alter be-